



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Apodixes, Sive Demonstrationes Tres Horrendarvm  
Blasphemiarvm Ecclesiae A Calvino Reformatae, Circa  
tres primos Symboli Catholici Articulos**

**Bosendorf, Hermann**

**Monasterii VVestphaliae, 1608**

Thesis Decimatertia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35415**

Patre, quocum communes non habet intellectus voluntatisq; actus. Portenta hæc sunt Arrianorum turpissima. Vna ut essentia & natura est sanctissimæ Trinitatis, ita & intellectus, voluntas, potentia actusq; eorum ad extra communes sunt omnibus tribus personis diuinis.

## THEISIS DECIMATER TIA.

DOMINVM NOSTRVM. Vide & ride Dominum hunc Calvinianum, 3. Instit. cap. 24. §. 13. vocem dirigit ad suos seruos; sed vt magis obfurdescant lumen accendit; sed vt reddantur cœciores. doctrinam profert; sed quo magis obstupecant. remedium adhibet; sed ne faintentur. Et licet hos inter seruos non sint Calviniani, vt qui soli sint prædestinati, & ob id vocem eius audiunt; omnem tamen honorem & grati animi signum negant. Non licet cum reuerentia significatione sanctum eius nomen suprnum. 9. edicere, non ad eum precessuas petitionesq; dirigere: siquidem qui ad ipsam carnem Christi, sive Filio Dei hypostaticè unitam suam adorationem aut inuocationem dirigit, is ex ipsius Dei ore maledictus est. Lam. Danæus in Exam. Kemnitij. Nec vero Magi quando procidentes adorauerunt eum, cuius viderant stellam in oriente, aut illi aurum, thus, myrrham, vt Regi q; Homini q; Deo q; dona tulerūt, ipsum vt verum Deum coluerunt: sed tantum, vt magni cuiusdam Regis Filio suum obtulerunt obsequium. Calu. in Harm. Matth. 2. v. II. Nec Centurio quis

qui se indignum censembat, cuius te<sup>c</sup>tum subiret Christus, & cuius fides superauit aliorum fidem in Israel. Calu. ibid. nec cœcus ille, qui voce Ioan. 9. professus se in Filium Dei credere, procidit & adorauit, eum adorando aliud significauit; quām quod genu demisso, vel alio quodam signo honorem, obsequium, & alia benevolentia signa alteri exhibenda indicauit.

## CAPVT XI.

*Quod Christus Caluinisticus non sit Christianorum Dominus.*

**N**O N esse probat thesis argumentis ne- Caluinistis  
quaquam contemnendis, & nec vel in starum  
minimo inaniloquentia prædicantica labefac- Christus  
etatis. Primum est Christianorum Deus ac est Domi-  
Dominus non aliud in lingua, aliud pectore nus ridicu-  
clausum gerit, sed ad quos vocem dirigit, eos for.  
omnes ipsam vult audire; quibus gratiae lu-  
men offert, eorum mentis oculos vult corro-  
borari; quibus doctrinā profert, eorum quæ-  
rit profectum; quorum obligat vulnera, eo-  
rum desiderat sanitatem. Non agit hoc pacto  
cum hominibus Caluinistarum Christus Do-  
minus, ut liquet ex 3. Inst. c. 24. §. 13 in thesi. Il-  
le igitur non est verus Christus Dominus. Vi-  
sum est Prædicanti hoc in syllogismo primo  
minorem negare §. 61. disp. 2. aitq; non facile ad-  
ducimur, ut credamus hæc (in thesi charactere

O 4 minuscu-